



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXIX. De effectibus charitatis quantum ad pacem, quæ est interior effectus consequens dilectionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Super quest. niges
moctana articu-
lum quartum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum gaudium sit uirtus.

In art. 4. eiusdem

q. 8. in respō-
ne ad primum aduer-
te, quod dupliciter
potest impediri, q. tri-
stitia non esset specia-
le ali quod uirtus. Pri-
mò, si daret aliquod
speciale uirtum circa
amorem, ad quem se
quitur illa tristitia, &
hoc impedimentum
in litera tollitur ex
hoc, quod amor sui,
ex quo sequuntur
quædam specialia ui-
tia tristitiæ, non est
speciale, sed generale
uirtum, & radix uirtu-
rum. Alio modo, si
daretur aliquod spe-
ciale uirtum circa o-
dium boni eiusdem
rationis cum delecta-
tioni, cui opponitur
tristitia illa, quæ est
speciale uirtum. Tūc
enim illud uirtum
circa odium haberet
se ad tristitiã, sicut
charitatis uirtus ad
gaudium. Sequitur
n. tristitia ad odium,
sicut gaudiū ad chari-
tate. Et licet in litera
hoc impedimētū nō
explicetur, implicite
in p̄ximo impedimē-
to dictū est: quæ sūt im-
pedimenta eiusde rō-
nis. s. si haberetur ui-
tium sp̄ale circa prio-
rē actum eiusdem rō-
nis, tunc tristitia non
poneret sp̄ale uirtū.

1. 2. q. 37. &
60. & 62. si-
mul.
* 1. 2. q. 55.
ar. 2. & 4.
D. 57.

1. 2. q. 25. ar.
3. & 4.

q. 77. art. 4.

Ar. 3. huius
q. & in cor.
huius art.

AD QVARTVM sic proceditur.
Videtur, quod gaudium sit uirtus.
Virtum enim contrariatur uirtuti: sed
tristitia ponitur uirtuti, ut patet
de accidia, & de inuidia. ergo etiã
gaudium debet poni uirtus.

¶ 2. Præter. Sicut amor, & spes sunt
passiones quædam, quaruna obiectum
est bonum, ita & gaudium
sed amor, & spes ponunt uirtutes,
ergo & gaudiū dēt poni uirtus.

¶ 3. Præter. Præcepta legis dātur de
actibus uirtutum: sed præcipitur
nobis, quod de Deo gaudeamus,
secundum illud ad Philip. 4. Gau-
dete in domino temper. ergo gau-
diū est uirtus.

SED CONTRA est, quod neque
connumeratur inter uirtutes theo-
logicas, neque inter uirtutes mo-
rales, neque inter uirtutes intelle-
ctuales, ut ex supradictis patet.

RESPON. Dicendū, quod uirtus,
sicut supra habitū est, est habitus
quidam operatiuus: & iō secūdu
propriam rōnem hēt inclinatio-
nem ad aliquē actum. Est autē con-
tingēs ex uno habitu plures actus
eiusdem rōnis ordinatos proue-
nire, quorum vnus sequatur ex al-
tero. Et quia posteriores actus nō
procedūt ex habitu uirtutis, nisi
per actū priorē: inde est quod uir-
tus nō diffinitur, nec denomina-
tur, nisi ab actu priorī, quamuis ēt
alii actus ab ea consequantur. Ma-
nifestū est autē ex his, quæ supra de

passionibus * dicta sunt, quod amor est prima affe-
ctio appetitiuæ potentia, ex qua sequit & desiderū,
& gaudium. Et ideo habitus uirtutis idem est, qui in-
clinat ad diligendum, & ad desiderādum bonū dile-
ctum, & ad gaudendum de Deo. sed quia dilectio in-
ter hos actus est prior, inde est, quod uirtus non deno-
tur a gaudio, nec a desiderio, sed a dilectiōe, & dī cha-
ritas. Sic ergo gaudiū non est aliqua uirtus a charita-
te distincta, sed est quidam charitatis actus, siue effe-
ctus, & pp hoc cōnumerat iter fructus, ut patet Gal. 5.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod tristitia, quæ est ui-
tium, causatur ex inordinato amore sui, quod non
est aliquod speciale uirtum, sed quædam generalis ra-
dix uirtuorum, ut supra dictum est. Et ideo oportuit
tristitias quasdam particulares ponere specialia ui-
tia, quia non deriuantur ab aliquo speciali uirtio, sed
generali: sed amor Dei ponitur specialis uirtus, quæ
est charitas, ad quam reducitur gaudium, ut dictum
est, sicut proprius actus eius.

AD SECVDVM dicendū, quod spes conseq-
tur ex amore, sicut & gaudium: sed spes addit ex par-
te obiecti quādā speciale rōnem, scilicet arduum, & possi-
bile adipisci, & iō ponit specialis uirtus: sed gaudium
ex parte obiecti nullam specialem rōnem addit su-
pra amorem, quæ possit causare specialem uirtutē.

AD TERTIVM dicendū, quod in tantum da-
tur præceptum legis de gaudio, in quantum est actus
charitatis, licet non sit primus actus eius.

De pace, in quatuor articulis diuisa.

OSTE A consideran-
dum est de pace.
ET CIRCA hoc
quærentur quatuor.

¶ Primò, Vtrum pax sit idem, quod
concordia.

¶ Secundò, Vtrum omnia appe-
tant pacem.

¶ Tertiò, Vtrum pax sit effectus
charitatis.

¶ Quarto, Vtrum pax sit uirtus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum pax sit idem quod concordia.

AD PRIMVM sic procedi-
tur. Videtur, quod pax sit
idem quod concordia. Dicitur
Aug. 19. de Ciuit. Dei. Pax homi-
num est ordinata concordia: sed
non loquimur nūneniū de pace
hominum. ergo pax est idē quod
concordia.

¶ 2. Præter. Concordia est quadam
unio uoluntatum: sed ratio pacis
in tali unione cōsistit. dicit enim
Dion. 11. cap. 7. de diuin. nomin.
quod pax est omniū uniuersa, &
consensus operatiua. ergo pax est
idem quod concordia.

¶ 3. Præter. Quorum est idem oppo-
situm, & ipsa sunt idem: sed idem
opponitur concordia, & pacis
dissentio. unde dicitur 1. ad Cor.
14. Non est dissentio nis Deus, sed
pacis. ergo pax est idem quod cō-
cordia.

SED CONTRA est, quod cō-
cordia potest esse aliquorum im-
piorum in malo: sed non est pax
impii, ut dicitur. Itā. quadragē-
si-mo clauo. ergo pax nō est idem
quod concordia.

RESPON. Dicendū, quod
pax includit concordiam, & ali-
quid addit. Vnde ubicumque est
pax, ibi est concordia: non tamen
ubicumque est concordia, ibi est
pax, si nomen pacis proprie sum-
atur. Concordia enim proprie
sumpta, est ad alterum, inquan-
tum scilicet diuersorum cordiū
uoluntates simul in unum cōsistunt.

Coniungit etiam unius hominis cōcordia
uersa, & hoc dupliciter. Vno quod
cundum diuersas potentias appetitiuas,
uitus sensitiuus plerumque tendit in cōtra-
rionalis appetitus, secundum illud ad
to. Caro concupiscit aduersus spiri-
do in quantum una, & eadem ad
uersa appetibilia tendit, quæ simul
test, unde necesse est esse repugnanti-
appetitus: unio autem horum motuum
de ratione pacis. Non enim homo

eor, quamdiu non habet, id quod uult. Et si habet aliquid quod uult, tamen ad huc restat ei aliquid uolendum, quod simul habere non potest: haec autem unio non est de ratione concordia: Vnde concordia importat unionem appetituum diuersorum appetituum: pax autem supra hanc unionem, importat et appetituum unius appetentis unionem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Aug. loquitur de pace, quae est unio hominis ad alium, & hanc pacem dicit esse concordiam, non quamlibet, sed ordinatam, ex eo scilicet, quod unus homo concordat cum alio, secundum illud quod utriusque conuenit. Si enim homo concordat cum alio non spontanea uoluntate, sed quasi coactus timore alicuius mali sibi imminetis, talis concordia non est uera pax: quia non conseruatur ordo utriusque concordantis, sed perturbatur ab aliquo timorem inferente. Et propter hoc praemittit, quod pax est tranquillitas ordinis, quae quidem tranquillitas consistit in hoc, quod omnes motus appetituum in uno homine conuiscunt.

AD SECUNDUM Dicendum, quod si homo simul cum alio homine in idem consentiat, non tamen consensus eius est omnino sibi unius, nisi et sibi inuicem omnes motus appetituum eius sint consentientes.

AD TERTIUM Dicendum, quod paci opponitur duplex dissensio, scilicet dissensio hominis ad seipsum, & dissensio hominis ad alterum: concordia autem opponitur haec sola secunda dissensio.

ARTICVLVS II.

Utrum omnia appetant pacem.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod non omnia appetant pacem. Pax enim, secundum Dion. est unitiua consensus: sed in his, quae cognitione carent, non potest uniri consensus, ergo hi in modo pacem appetere non possunt.

¶ 1. Praet. Appetitus non fertur simul ad contraria: sed multi sunt appetentes bella, & dissensiones: ergo non omnes appetunt pacem.

¶ 2. Praet. Solum bonum est appetibile: sed quaedam pax uidetur esse mala, alioquin Dominus non diceret Matt. 10. Non ueni mittere pacem: ergo non omnia appetunt.

¶ 3. Praet. Illud quod omnia appetunt, uel esse summum bonum, quod est ultimus finis: sed pax non est huiusmodi, quia etiam in statu uiae habetur, alioquin frustra Dominus mandaret Mar. 9. Pacem habete in ter uos: ergo non omnia pacem appetunt.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 39. de Citi. Dei, quod omnia pacem appetunt. & idem etiam dicit Dion. 9. c. de diu. nomi.

RESPON. Dicendum, quod ex hoc ipso, quod homo aliquid appetit, consequens est ipsum appetere eius, quod appetit, affectionem, & per consequens remotionem eorum, quae affectionem impedire possunt. Potest autem impediri affectio boni desiderati per contrarium appetitum uel suum ipsius, uel alterius: & utriusque tollitur per pacem, sicut supra dictum est. Et ratio necesse est, quod omne appetens appetat pacem, in quantum. Solumne appetens appetit tranquille, & sine impedimento peruenire ad id, quod appetit, in quo consistit ratio pacis, quam Aug. diffinit tranquillitate ordinis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod pax importat unionem non solum appetitus intellectualis, seu rationalis, aut animalis, ad quos potest pertinere consensus, sed etiam appetitus naturalis. Et ideo Dionysius

dicit, quod pax est operatiua & consensus, & connaturalitatis, ut in consensu importetur unio appetituum ex cognitione procedentium: per connaturalitatem autem importetur unio appetituum naturalium.

AD SECUNDUM dicendum, quod illi qui bella quaerunt & dissensiones, non desiderant, nisi pacem, quam se habere non aestimant. Vt n. dictum est, non est pax si quis cum alio concordet contra id, quod ipse magis uellet: ideo homines quaerunt hanc concordiam rumpere bellando, tamquam defectum pacis habentem, ut ad pacem perueniant, in qua nihil eorum uoluntati repugnet. Et propter hoc omnes bellantes quaerunt per bella ad pacem alioquin peruenire perfectiorem, quam prius haberent.

AD TERTIUM dicendum, quod pax consistit in quietatione, & unione appetitus. Sicut autem appetitus potest esse simpliciter boni, uel boni apparentis: ita etiam & pax potest esse & uera, & apparens. Vera quidem pax non potest esse, nisi circa appetitum ueri boni: quia omne malum, et si in aliquid appareat bonum, unde ex aliqua parte appetitum quietet, habet tamen multos defectus, ex quibus appetitus remanet inquietus, & perturbatus. Unde pax uera non potest esse nisi in bonis, & bonorum. Pax autem, quae malorum est, est pax apparens, & non uera. Unde dicitur Sapient. 14. In magno uiuentes in scientia bello, tot, & tam magna mala pacem appellant.

AD QUARTUM dicendum, quod cum uera pax non sit nisi de bono, sicut dupliciter habetur uerum bonum, scilicet perfecte & imperfecte: ita est duplex pax uera, quaedam perfecta, quae consistit in perfecta fruitione lumen boni, per quam omnes appetitus uniuersum quietati in uno: & hic est ultimus finis creaturae rationalis; secundum illud Psalm. 147. Qui posuit fines tuos pacem: Alia est pax imperfecta, quae habetur in hoc mundo: quia et si principalis anima motus quiescat in Deo, sunt tamen aliqua repugnancia & intus, & extra, quae perturbant hanc pacem.

ARTICVLVS III.

Utrum pax sit proprius effectus charitatis.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod pax non sit proprius effectus charitatis. Charitas enim non habetur sine gratia gratum faciente: sed pax a quibusdam habetur, qui non habent gratiam gratum facientem, sicut & Gentiles aliquando habent pacem: ergo pax non est effectus charitatis.

¶ 1. Praet. Illud non est effectus charitatis, cuius contrarium cum charitate esse potest: sed dissensio, quae contrariatur paci, potest esse cum charitate. Videmus enim quod etiam sacri doctores, ut Hieronymus & Augustinus in aliquibus opinionibus dissenserunt, Paulus etiam, & Barnabas dissensisse leguntur Act. decimo quinto: ergo uidetur, quod pax non sit effectus charitatis.

¶ 2. Praet. Idem non est proprius effectus diuersorum: sed pax est effectus iustitiae, secundum illud Isa. trigesimo secundo. Opus iustitiae est pax: ergo non est effectus charitatis.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psalm. 118. Pax multa diligentibus legem tuam.

RESPON. Dicendum, quod duplex unio est de ratione pacis, sicut dictum est, quarum una est secundum ordinationem propriorum appetituum in unum: alia uero est secundum unionem appetitus proprii cum appetitu alterius: & utramque unionem efficit charitas. Primam quidem unionem, secundum quod Deus diligitur

cap. 11. de diu. nomi.

In corp. art.

3. q. 89. ar. 6. cor. Et mal. q. 10. ar. 2. cor. Et vii. q. 2. ar. 3. ad 17. Et opui. 4. c. 2.

* Epist. 8. & 9. & 11. iter opera Aug. tom. 2.

Ar. 1. 1. n. 1. quatuor.

tur ex toto corde, ut scilicet omnia referamus in ipsum, & sic omnes appetitus nostri referunt in unum. Aliam uero prout diligimus proximum, sicut nos ipsos, ex quo contingit, quod homo uult implere uoluntatem proximi, sicut & sui ipsius. Et propter hoc inter amabilia unum ponitur identitas electionis, ut patet in 9. Ethic. & Tullius dicit in li. 7. de Amicitia, quod amicorum est idem uelle, & nolle.

* li. 9. Ethic. 4. to. 7. Tullius in 3. fol. ante mediū libri.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod a gratia gratum faciente nullus deficit, nisi propter peccatum, ex quo contingit, quod homo sit auersus a fine debito, in aliquo in debito finem constituens. Et secundum hoc appetitus eius non inhaeret principaliter uero finali bono, sed apparenti. Et propter hoc sine gratia gratum faciente non potest esse uera pax, sed solum apprensus.

Lib. 9. c. 1. & 3. to. 5.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut Philosophus dicit in 9. Ethic. Ad amicitiam non pertinet concordia in opinionibus, sed concordia in bonis conferentibus ad uitam, & praecipue in magnis, quia dissentire in aliquibus paruis, quasi non uidetur esse dissensus. Et propter hoc nihil prohibet aliquos charitatem habentes, in opinionibus dissentire. Nec hoc repugnat paci, quia opiniones pertinent ad intellectum, qui praecedit appetitum, qui per pacem unitur. Similiter etiam existente concordia in principalibus bonis, dissensio in aliquibus paruis non est contra charitatem. Procedit enim talis dissensio ex diuersitate opinionum, dum unus aestimat hoc, de quo est dissensio, pertinere ad illud bonum, in quo conueniunt: & alius aestimat non pertinere. Et secundum hoc talis dissensio de minimis, & de opinionibus, repugnat quidem paci perfecte, in qua plene ueritas cognoscitur, & ois appetitus complebitur: non tamen repugnat paci imperfectae, qualis habetur in uia.

AD TERTIVM Dicendum, quod pax est opus iustitiae indirecte, in quantum scilicet remouet prohibens: sed est opus charitatis directe, quia secundum propriam rationem charitas pacem causat. Est enim amor uis unitiua, ut Dionysius dicit 4. cap. de diuini nominis. Pax autem est unio appetitiuarum inclinationum.

¶ Super quaest. uiginti. nono. articulum quartum.

Ca. 4. in parte 2. & parte 1. in medio.

IN art. 4. omittitur scilicet & tertio, nota quod cum dicitur, quod pax est actus charitatis, potius causalis quam formalis propositio est. Pax namque significare formaliter uidetur pertinetionem consequentem actum charitatis, quo Deus, proximi que amatur. Et quia perfectio illa non est res absoluta, distincta ab actu charitatis, sed est uel ipse actus, uel ueniens appetitiones in unum, uel proprietates relatiuae consequens ipsam (& hoc magis uidetur uerum, & consonat fundamento, scilicet unio appetitiui, & auctoritati Augustini, 19. de ciuitate Dei, scilicet quod est tranquillitas ordinis) se-

Lib. 19. c. 11. tom 5.

q. p. 20. art. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum pax sit uirtus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod pax sit uirtus. Precepta enim non dantur nisi de actibus uirtutum: sed dantur praeccepta de habenda pace, ut patet Marci 9. Pacem habete inter uos: ergo pax est uirtus.

¶ 2. Præter. Non meremur, nisi in actibus uirtutum, sed facere pacem est meritorium, sicut illud Matth. 5. Beati pacifici, quoniam filii Dei uocabuntur: ergo pax est uirtus.

¶ 3. Præter. Vitia uirtutibus opponuntur: sed dissensiones, quae opponuntur paci, numerantur inter uitia, ut patet ad Galat. 5. ergo pax est uirtus.

SED CONTRA Virtus non est finis ultimus, sed uia in ipsum; sed pax est quodammodo finis ultimus, ut Augustinus dicit 19. de ciuitate Dei: ergo pax non est uirtus.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, cum omnes

actus se inuicem consequuntur, secundum eandem rationem ab agente procedentes, omnes huiusmodi actus ab una uirtute procedunt, nec habent singuli singulas uirtutes, a quibus pcedant, ut patet in rebus corporalibus. Quia enim in rebus liquescit, & alia rarefacit: sed omnia operatur ignis per unam suam uirtutem. Cum ergo pax causetur ex charitate ipsam rationem dilectionis Dei & proximi sum est, non est alia uirtus, cuius pars sit prius, nisi charitas: sicut & de gaudio dicitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod acceptum datur de pace habenda, quia charitatis: & propter hoc etiam est actus meritorius: ideo ponitur inter beatitudines, quae sunt uirtutis perfectae, ut supra dictum est. Quia uero fructus, in quantum est quoddam finalis, habens. Et per hoc patet, quod in uia uirtutis opponuntur secundum directionem. Et secundum hoc, charitatis non solum est odium ratione actus dilectionis, sed etiam uel inuidia ratione gaudii, & dissensio ratione

AD TERTIVM dicendum, quod uirtus est actus appetitiuus. Et secundum hoc, charitatis non solum est odium ratione actus dilectionis, sed etiam uel inuidia ratione gaudii, & dissensio ratione

QVAESTIO XXX.

De Misericordia, in quatuor articulis.

OSTEA considerandum est de misericordia. Et circa hoc quaeruntur quatuor articuli. Primo, Vtrum malum sit in corde ex parte eius, cuius misericordia. Secundo, Quorum sit misericordia. Tertio, Vtrum misericordia sit uirtus. Quarto, Vtrum sit maxima uirtutum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum malum sit proprie motiuum ad misericordiam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur non proprie sit motiuum ad misericordiam. Vt enim supra ostensum est, culpa est malum, quam pena: sed culpa non est proprie ad misericordiam, sed magis ad iram. Ergo malum non est misericordiae motiuum. 2. Præterea. Ea, quae sunt crudelia, uidentur quendam excessum malum habere. Philosophus dicit in 2. Rhetor. quod dicitur misericordiam, & expulsiuum misericordiam, in quantum huiusmodi, non est motiuum ad misericordiam.

¶ 3. Præterea. Signa malorum non uidentur esse signa malorum magis prouocant ad iram, ut patet per Philosophum in 8. Rhetor. ergo malum non est proprie motiuum ad misericordiam.

SED CONTRA est, quod Damascenus dicit in 1. secundo libro, quod misericordiam ad misericordiam prouocant: sed motiuum ad misericordiam est malum: ergo motiuum ad misericordiam est malum.

RESPON. Dicendum, quod sicut Augustinus dicit in 19. de ciuitate Dei, misericordia est aliena misericordia: ergo malum non est proprie motiuum ad misericordiam, quia utique potest